

[Accueil](#)
[Revenir à l'accueil](#)
[Collection *Mythologiae libri decem*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)
[Collection *Mythologia*, Venise, 1567 - Livre I](#)
[Item *Mythologia*, Venise, 1567 - I, 17 : Quales Dii inter se fuerunt](#)

Mythologia, Venise, 1567 - I, 17 : Quales Dii inter se fuerunt

Auteur(s) : Conti, Natale

","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16 px"}}, new UV.URLDataProvider(); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest._jsonld); }); */ }, false);

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre I

[Mythologia, Francfort, 1581 - I, 19 : Quales Dii inter se fuerunt](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre I

[Mythologie, Paris, 1627 - I, 19 : Quels ont été les Dieux entre eux](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre I

[Mythologie, Lyon, 1612 - I, 19 : Quels ont été les Dieux entre eux](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Mythologiae.

tis, quæ hominæ ad voluptates, vitaq; suauitates percipiendas horratur; quæ vniuersam illam religionem evicit, ita enim inquit apud Euripid. in Cyclope;

*Nisi te misereas post p. vnuas dæmonum,
deo tuo minoro, qui quæ vnuas vnuas.
Quoniam tuus alibi p. vnuas tunc rupes.
Avitum tuus vnuas adiuuas.*

Et huic Deorum maximo ventri, viris
Ut solus est hic iupiter prudentibus,
Bibendi, edendi ut lex diebus singulis;
Viuendi & vsque suauiter.

Hoc autem cōsiliū est non hominis, sed filii Neptuni, & Iouis ipsius nepotis, cui vanum fuisse illum Deorum cultum facile credi potest. at contra fieri non potest, vt ille suauiter viuat, nullaq; tristitia afficiatur, qui totus feratur ad voluptates, nulla habita ratione innocentia, cum illa sola omnem vitæ suauitatem largiri possit. Sed quid opus pluribus? tanta fuit horum Deorum crudelitas, vt Læsionem Iouis ipsius filiam esse tradiderit Homerus lib. 7. Iliad. quamvis Dei sola proprium sit beneficentia;

Læsio p̄t̄ca Iouis proles, quæ læserit omnes

Mortales.

Paret ex iis quæ hactenus dicta sunt, vt arbitrari, quod talia fuerunt hominum vota, qualia Deorum sacrificia, & quales Dii ipsi credebantur, & quibus viuendi rationem acceperant, & quod omnibus vitiis credebantur Dii illi fuisse contaminati, & quod nulla vel religio vel ciuitas, quæ ad summum malitiae peruererit, diuina esse possit. nunc consideremus quales Dii inter se fuerunt.

Quales Dij inter se fuerunt. Cap. XVII.

30 **N**eque mirum est sanè Deos tam saevo erga homines extitisse, atq; omnia discordia, crudelitatis, & perfidia semina in homines à Diis ipsis manasse, cum tanta fuerit iam inde ab initio inter hos Deos contentio, quantum neque cælum, neque terra capere potuit. Quod si sceleratum est illum armis persecuti, & quo aliquod magnum beneficium acceperis, profecto sceleratissimus fuit Saturnus, qui illum infecutus est, & quo huius lucis usuram acceperat. Verum non solum infecutus est, sed etiam captivo vivilia membra amputauit, vt testatur Ovid. in Iblm;

Saturnus ut illas

Subsecuit partes, vnde creatus erat.

40 Hoc paternum exemplum cum sibi ante oculos ad imitandum Iupiter proposuisset, Saturnum patrem & ipse cum armis infecutus est, & in Italiam cōfugere compulit, & quo cum apud Iannum Regem in Italia latuisset, quædā pars Italiz Latium fuit appellatum, vt est apud Virg. lib. 8.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo

Arma Iouis fugienti, & regnis exuli ademptis.

Iam vero quanta fuit Saturni feritas, qui suos filios vorabat? an potest esse tolerabilis in alios, qui tam fuit ferus in suos filios? an potest aurea ætas, hoc est iustitiae, humanitatis, pudicitiae, æquitatis plena administratio

tio sub hoc rege fuisse; qui tam impius in parentes, & in filios suos extitif-
fec? sed neque Iupiter quidem omnes contentiones patre de regno deiecco
fuitulit; neque regnum quietum possidere potuit, cum Gigantes, quasi pa-
ternx iniurix vltores in illum conspiravit, & penè de regno deiecerint.
Enim uero cum huc quo que certamina absoluisset, victoriamq; fuisse con-
secutus, non tamen regnum quietum possedit, sed omnes prope Dii in illum
aliquando insurrexerunt, atq; ab affinis penè fuit in vincula coniectus, ut
est apud Hom.lib.1.Iliad.

τοις οὐδέποτε μάνατροι τούτοις αἰτίαις αἴτιοι εἴησαν.

τούτοις τούτους διανομένης πόλεως οὐδέποτε,

έπει τοις οὐδέποτε, τοις πατέραις οὐδέποτε.

Dixeris ut superos inter depellere peleem

Te potuisse Ioui Saturni sanguine creto.

Celicoz voluere Iouem ut vincire tonantem,

Neptunus, Iunoq;, & Pallas.

Præclarum sanè regnum, ac verè dignum, ut eius Rex beatus appelletur,
in quo neq; coniux, neq; soror, neq; filia, nec frater fuit amicus. Neque ta-
men inter se solum inimicitias hi Dii exercuerunt perpetuas, verum etiam
tancum autoritatis ac virium hominibus aliis in alium tradiderunt, ut si-
pius ab hoib; fuerint vulnerati: sicut Iuno ab Hercule sagitta, ut ait Hom. 20
lib.4.Iliad.

τούτοις οὐδέποτε μάνατροι τούτοις αἴτιοι εἴησαν.

Διά τοις οὐδέποτε μάνατροι τούτοις αἴτιοι εἴησαν.

Perpessa estl uno cum filius Amphitryonis

Percussit dectram mammam, petuitque sagitta.

Vulneratus fuit etiam Pluto ab eodem, ut est in his;

τούτοις διτεῖς οὐδέποτε μάνατροι τούτοις αἴτιοι,

Εἰ γάρ τις αἴτιος οὐδέποτε μάνατροι τούτοις αἴτιοι,

Εἰ μάνατροι τούτοις αἴτιοι τούτοις αἴτιοι.

Passus & estl Pluto horrendus, cum dira sagitta

Intulit huic vulnus nati Iouis huius; & ille

Inter defunctos duros tulit inde dolores.

Quin etiam Mars ipse belligerantium Deus, mortalium arma effugere non
potuit, ut est apud eundem Hom.in his;

τούτοις διτεῖς οὐδέποτε μάνατροι τούτοις αἴτιοι,

Εἰ τις διπεπάτει αἴτιος, τούτοις αἴτιοι μάνατροι τούτοις αἴτιοι.

Huic pulchramq; cutem lacerat, ferroq; cecidit,

Extrahit hinc haitam, Mars alta voce boauit.

Idem postea ab Oto & Ephialte fuit in vincula coniectus; fuit Venus etiā
vulnerata a Diomede: atque longum estl sanè commemorare quot incom-
moda Dii passi fuerint ab hominibus: facile igitur adducor, ut durissima 40
illorum hominum ingenia fuisse credam, quibus erat religionis & Deorum
metus in animis imprimendus, cum virtutum bonorum exemplis, & sapiē-
tum oratione eo adduci non possent; sed essent vel sceleratorum, quos ipsi
admirabantur, autoritate, vel implicitis fabularum figmentis ad Deorum
cultum adducendi, nam huc omnia tradita sunt ab antiquis nulla alia de
causa, nisi ut homines ad probitatem instituerent, & eis naturæ aperirent
obscuras, ut suis locis explicabimus.